ppheta et pncipē De nobis dixit
etiā iheſus filius sirach capitulo ter
cio libri sui. Erunt filij israel sine
pncipe et sine lege Nos scimus do
mine mi q ab initio fuerunt aliq
magni et sancti cora deo et in pnci
pio fuerūt lōge vite sicut mathu
salē et enoch. ꝫ nulli ipōz extēdit
deus vitā vltra mille annos. Et
nos inter nos inuenim⁹ q messyas
siue xpūs nobis ꝓmissus fuit na
tus in babylonia tēpore captūitatis
ulli⁹ q fuit septuagīta annorū. et
scōm ꝯ xpūs nat⁹ hēt etate mille
quīgētos ānos Quā fabulā ñ so
lū nō ppbia ꝫ nulla rōne possum⁹
defendē Hec tamē diam⁹ et asseri
m⁹ in synagogis nostris vbi null⁹
nobisū cōmiscē extraneꝰ Dz au
dias doctrinā pubhcā sup hoc xpi
anorū ps 86° Dicetur ad syon di
cet hō. hō natus est in ea. et ipē
altissim⁹ q fūdauit eā. In vbis il
tus ꝓpheta denoīat mariā dnātu
cē ciuitatē seu noīe ciuitatis. et di
cit q hō natus est in ea Nō dixit
tali israelite vel tali vt intelligatur
q filius marie nō fuit vnꝰ in lūbis
alicuius hoīs Et in secūdo libro ē
gū capitulo septimo hoc manifeste
declaratur cū dicat de⁹ dauid. Nū
opleueris dies tuos et dormieis cū
pribus tuis suscitabo ꝑgeniē tuā p⁹
te q egrediē de vtero tuo. 7 ego e
ro ih i prē; et ipē eit mī i filiū. Et
nūꝯ fuit possibile dnē mi q aliqs
filius egrediē de vtero pris sui. Dz
ꝯ exīsse ponit ad demōstrandū q
xpūs nō foret accipiend⁹ i mulere
p semē decisū a lūbis viri sic ceteri
hoies tā a dauid q ab oīb⁹ alijs
descēdētes Dixit eaā deus p os da
uid psalmo cix° Ex vtero añ lucife
rū genui te Et si de⁹ gliosus et for
tis dicēt de xpō suo q de voluntate
sua q ē spūs sūs genuit eū ñ de se
mine pduce do ullū exponit ex vte
ro qz xpūs ē natus ex vtero sine
semine viri ꝓter solitum cursū
nature. Et hec est doctrina xpiano
rū q ñ itrat i capita nostra et ꝓpt
h° euenit nob istud qđ nob euenit
Describit eaā p eū dē modū xpūs
nasciturū dauid psalmo cxxxi°. Ju
rauit dñs dauid et nō pmittet e
ū de fructu ventris tui ponam sup
thronū tuū Conclusio

Et ex hijs oibus pmissis ap
paret istū iudeū scz samuelē
fuisse vere in fide catholicū hoc ea
theaminū qa nō apparet ipm fu
isse regeneratū p baptismum
Dubdit vltra idē samuel Et quia
hec omnia veritati cōsonant ideo
licet dca sarracenorū nobis fidē nō
faciant quia digni sunt derisione
eo q alchoran9 eorū pitissim9 dic
tis suis manifeste impugnat cōtra
dictoria Et quia dicta eorū i mul
tis sunt cōsona fidei xpiane et veri
tati euāgelice ideo ex habūdanti
aliqua dicta sarracenorū presenti
opusculo volui subnotare et mani
me ulla que sarracēni dicunt de ihu
et maria eius matre Omnes enī
sarracēni dicunt q ihesus sit ille
messyas quē pphete predixerunt
esse venturū Ecia pponūt ipm ma
chometo eorū deo ptū ad genea
logia Fatētur enī q parentes et p
aui machometi fuerūt ydolatre a
de semine agar ancille et dicūt q
messyas fuerit filius ysaac et pphe
tarū et sanctorū iustorū in recta li
nea vsqz ad mariā matrē ei9 De
maria vero sic dicitur in alchora
no Dixit angel9 ad mariā O ma
ria deus elegit te gracia et pelegit
te sup omnes mulieres oim seculo
rū et posuit te quasi vnū mediū di
uidēs inter homines terrenos et a
gelos dei in paradiso delicia tū Di
cunt ecia sarracēni q cristus fuit
messyas habuit ptātem a deo faci
endi miracula a sanādi omnē lan
guorē et eiciendi demonia et mor
tuos suscitādi et q sciuit omnia e
ia secreta cordiū et credūt omnia
miracula que ihesū fecisse euāgeli
ū cōmeōrat Dicatur ecia i alchora
no q ex te id est ihesu est vbū dei
Et hoc scibat esse verbū dei ē ihe
sus apud sarracenos quasi nomē
pp̄um ita q nullus alius vocatur
hoc nomine nisi solus ihesus Di
catur insuper in alchorano sic O
ex te id est ihesu ego sū sufficiēcia
tua ego eleuabo te vsqz ad me et
purificabo te ab infidelib9 Hijs
pmissis cōcludit rabbi samuel ad
rabbi ysaac Ded dato q dca sar
racenorū et alchorani michil cōtra
nos cōuincāt Quid dicem9 de euā
gelio xpianorū qđ michil otinet a
tra pphecias a legē nostrā sed ma
nifeste cōtinet dicta oim pphetarū
ecia pmissionū que in lege otinē
tur sumēdo ea spūaliter put doctri
na otinet xpiana Et ideo dñe mi
super hijs dubijs ad te recurro et
maxie sē pmis pphetis q habui ex
nostris pphis qa de alchorani tes
timoio nō curo ꝫ solū mduxi hoc vt
appareat q oēs litere xpiane cō
sonant veritati et fidei a q applau
dāt ipōrū testimonio

Explicat tractat9 cōtra iudeos

Questio de probatione p scripturas a iudeis receptas q̄ misterii xpi p̄ dictū a lege et pphis sit impletū determinata p eximiū doctorē sacre pagine magistrū nicholaū de lra

Queritur vtrū p̄ scripturas a iudeis receptas possit probari misterii xpi in lege et ppheris p̄missis eē iam cōpletū? Arguit̄ p̄mo q̄ sic: q̄a iho. quinto dixit saluator iudeis Scrutamini scripturas: q̄a vos putatis in ipis vitā eternā habē: et ille sūt q̄ testimoniū p hibent de me Scripture vero in q̄bus iudei putant vitā eternā habere sunt ab eis receptē: et sic verbū saluatoris dictū videretur eē falsū nisi per eas posset probari xpi misterii eē cōpletū: hoc aūt dicere ē inconuenies: ergo ꝛc. In oppositū arguitur. q̄a multi iudei subtiles et ingeniosi et in scripturis valde studiosi sunt mortui in iudayismo q̄d nō esset verisimile si p scripturas ab eis receptas posset probari impletū eē misteriū: nā manifeste se videssent errasse: et sic retro esset fallacia ab errore Circūstantia hic duo sūt videnda Primū est que sint scripture receptē a iudeis: scdō Vtrū p dicta possint per istas scripturas probari probatione efficaci Circa p̄mū sciendū q̄ libri canonici veteris testamenti sunt ab eis recepti tanq̄ deo inspirante scripti Sunt aūt in vniuerso xpianismo scōm antiquā opinationē xpianorū scōm modernā: q̄a lamentationes ieremie et liber ruth ponuntur modo p duobus libris a libris ieremie et iudicū sepatis. De istis libris quiq; libri dicūt legales scz quiq; libri moysi: et sunt in p̄mo ordine apud iudeos Alii dicūtur pphales scz iosue. iudicū. samuel id est p̄mus et secūdus regū. malachi id est tercius et q̄rtus regū. ysaie. ieremie. ezechielis. liber duodecim pphetarū: et isti sunt in secundo ordine Reliqui vo dicunt agyographi id est scripture sancte vel sanctorū: et isti sunt libri psalmorū. pabole salmois iob ecclesiastes cantica ruth lamētationes ieremie hester daniehs esdre pali pomenō. Isti sūt in tercio ordine

Cōsideradū etiā q̄ isti libri sunt apud eos multiplicit̄ scripti: vno mō pure hebraice sicut p̄° tradita sūt scilicet p̄mone pure hebraico et litteris hebraicis Alio mō hebrayce sed nō pure: videlicet caldayco sermone sed litteris hebrayc̄ qui a caldayam et hebrayci sūt ydiomata p̄qua eūdē numerū lrārū habentia: q̄ lrē q̄nus discrepent in figura tamē conueniūt in sono et ꝑcute vt dicit ihero. in p̄logo galeato. et ideo vnū ydioma potest fieri liter scribi per litteras alterius. Hoc igit̄ modo plures scripserunt

vetus testamentum. et maxime ionatham filius oziel. cuius scriptura est ita autentica apud hebreos q̄ nullus fuit ausus sibi contradicere: propter quod in libris notabilibus iudeorum ponitur purum hebraycū in vna colūpna et caldaycū scriptū ab ullo ionatha litteris hebraycis in altera. Et vtūtur iudei caldayco quasi p̄ exposītoē: quia aliqua que erāt multū obscura in hebrayco puro clarius ponūtur et quasi exponūtur in ullo caldayco vt infra magis patebit: et ideo ulla trāslatio necessaria est ad disputādū cū iudeis i passibus multis. Similiter translatio septuagita interpretū apud eos habetur saltē apud aliquos studiosos ulh enī septuagita fuerūt electi de toto populo israel tang̃ excellentissimi et litteratissimi et periti in lingua hebrayca et greca secundum quod dicit iosephus duodecimo libro antiquitatū Ipi aūt non semp̄ transtulerunt de hebreo in grecū verbū ex verbo: sed foequēter sensū ex sensu mutantes aliq̄ vel occultantes ex industria que posset eē cā erroris tholomeo regi Hanc āt trāslationē volūt habere studiosi hebreorū tāq̄ factū sapientissimorum: et dato q̄ nusq̄ apud eos habētur tamē nō possent ipsā negare: cum fuerit facta a valentiribus et sapientioribus de toto ullo populo. et etiam in tanto numero: et ideo de ulla possumus nos iuuare ad p̄bandū aliquid ipsis iudeis Ite preter scripturas canonicas sunt alie scripture a iudeis recepte tang̃ scripture autentice: licet thalmud quia secundū ipsos scriptura ista non differt a scripturis canonicis nisi sicut lex data verbo a lege data scripto: quia ista fuit moysi revelata a deo sicut et ulla que est scripta i libris moysi: sed tunc moyses non scripsit ea q̄ continentur in thlamud. et hoc potuit esse duplex de causa. vtpote quia nō erat necessarium vt populus sciret talia sicut erat necessarium de preceptis in lege: vel quia talia magis erant in secreto habenda: magis tamē moyses tradidit ea iosue et alijs seniorib⁹ verbo sicut habuerat a domino: et illi a illis posteriorib⁹ eodē modo. et sic cōsequenter quousq̄ scripta sunt per actores posteriores ne caderent in obliuionem Similiter dicta doctorum hebrayorum qui glosauerunt vetus testamentum sunt autentica apud eos multo magis q̄ apud nos vba ihēronimi augustini et aliorū doctorū catholicorum et hoc potissime p̄pter illud q̄d habetur deuteronomij xviio. Non declinabis a verbis eorum ad dexteram siue ad sinistrā. Vbi loq̄t̄ sepius de doctoribus siue sacerdotibus ad quos precepit scriptura i dubiis recurrē q eorū sniaz idisalsse tenē

Licet aũt huiꝰmõi sc̃ptũre ꝑ mag
na ꝑte sint false scilicet thalmud.
et glose doctoꝝũ hebraicoꝝũ: tñ ꝑ
eas possumus cõtra eos arguẽ effi
cacit̃er exquo sunt ab eis dicto
modo recepte: sicut econtrario si ar
gumẽta facerent ꝯtra nos ex euã
gelio et scripturis apostoloꝝũ et hu
iusmõi essent efficacia ꝯtra nos. li
cet reputẽt huiꝰmõi scripturas fal
sas ꝯtinere. Diso ꝓmo que scrip
ture sint a iudeis receptę: secũdo vi
dẽdũ est an ullo qõ in questioẽ po
nitur possit ad ullas efficaciter ꝓba
ti. Et distinguo de ꝓbatione effi
caci: q efficatia ꝓbationis potest
accipi vno modo q sit tam efficax
ꝓbatio q nõ possit euitari sine e
uidẽte negatione vel cõtradictioẽ
scripture predicte: et sic videtur
michi q nõ sit adhuc ꝓbatũ ꝑ pre
dictã scripturã qõ in questione q
ritur. cuiꝰ cõ est ꝗa misterio trini
tatis et incarnatioĩs xpi expressiꝰ
ponitur in scriptura noui testamẽ
ti q veteris sicut patz manifeste e
ab oibus ꝯcreditur: et tamẽ hereti
ci multi totũ nouũ testamẽtũ reci
pũt et ꝑ suis erroribꝰ exponũt.
aliqui tamẽ eoꝝũ negant trinitatẽ
psonarũ in diuinis sicut sabelliꝰ.
et aliqui negant diuinitatẽ i xpõ
sicut arrius. et aliq̃ veram humanitatẽ
sicut manicheus. q dixit ipm habe
re carnẽ fantasticã ad quod sequitur
ipm nõ eẽ verũ hominẽ. ꝗa caro ve
ra ẽ de veritate humane nature Di
mittit arrius qui dicit ipm ñ ha
bere animã intellectiuã. et ad dictũ
vtriusq; sequitur xpm non esse ho
minẽ. cũ ab anima intellectiua ac
cipiatur species humana Di igit̃
predicti heretici exponant ꝑ se sc̃p
turã noui testamẽti. multo magis
iudei possũt ꝑ se exponere scriptu
ram veteris testamẽti Ad hoc modo po
test accipi efficacia ꝓbationis pre
scripturã sic q licet scriptura posset
exponi alio modo saltẽ ad euidẽdũ
absq; ꝯtradictione manifesta. ta
mẽ simpliciter loquẽdo non ꝑt expo
ni cõnabiliter sic. q̃n semp appare
at expositio fidei catholice cõnabi
liter. et hoc modo credo illud qõ po
situm est in q̃stione ꝓbatũ eẽ a san
ctis ꝑ scripturã veteris testamẽti.
et iterũ hoc idẽ ꝓbari potest hoc
mõ In questione aũt duo ponũt
Primũ qõ ptinet ad tps Vtrũ
tps aduentꝰ xpi sit pteritũ: secõm
quod ptinet ad psonã vt sit deus
et homo in vna psona. et illud im
plicat duo: ꝗa fides catholica po
nit vnionem diuine nature et hu
mane in determinata persona scili
cet in psona filij. et nõ patris nec
spiritus sancti. et ex hoc suppone
pluralitas psonarũ in diuinis qõ
fortissime negatur a iudeis Dic
igitur ad ꝓbandũ qõ in questioẽ
ponẽ scibz vtrũ ꝑ scripturã a iu
deis receptã eẽ tria sũt p ordinem
declarãda ex eadẽ scriptura. Primꝰ
est q in vnitate essentie diuine est

plūalitas psonarū siue suppositorū: scdm est q̄ in psona filij natura humana et diuina sunt vnite: ita q̄ ipse est verus homo et verus deus: tertiū q̄ est factū de preterito et non expectandū de futuro sicut expectant iudei i hoc valde decepti

¶ Ad declarationē p̄mi p̄mo adducto argumētū magistri sentētiaꝝ secūda distinctione primi libri: vbi p̄bat pluralitatē psonarū in diuinis p illud quod scribitur p̄mo geneſis. In p̄ncipio creauit deꝰ celū et terrā et cetera. vbi veritas hebraycā habet sic. In principio heloym creauit celū et terram. Heloym aūt est nomen plurale huius nois hel vel heloy q̄ signific at deū in singulari: et hoc satis patz sentibus ꝓpetates ydyomatis hebrei. Per hoc aūt q̄ nomē plurale diuinū coniungitur cū verbo singularis numeri cū dicitur creauit heloym ac si diceret creauit dij. ostēdit scriptura q̄ in deo est aliqua pluralitas in vnitate essentie: quia talis modus frequētissime in veteri testamēto inuenitur de deo et de nullo alio. Ex quo satis patet q̄ in vnitate diuine essentie ē aliqua pluralitas que in nulla alia natura inuenitur: et hec est pluralitas psonarū in vna simplici essentia q̄ i p̄dicto mō loquēdi designat p vbū singularis numeri cōiūctū numero plāli. Sz ad hoc rñdēt iudei dicētes q̄ hoc nomē heloym p deo ponit ip̄ropē dicto. q̄ in differētia accipitur p singulari et plurali: sed qñ de vero deo dicitur semp accipit p singulari. et sic ē in ꝓposito quādo dicitur. In p̄ncipio creauit heloym id ē deꝰ. Sz cōtra hanc solutionē arguo ex textu sacre scripture. q̄ hoc nomē heloym et alia noīa diuina dicitur frequēter de deo vero i plurali: qđ patet maīfeste ex iūgunctis ad iectiuo pluralis numeri. Josue primo dicitur. Nō poteris seruire dño: qa dñs sanctꝰ ipē. vbi hebrayca veritas sic habet. Non poteris seruire dño: qa heloym sanctꝰ ipē. ¶ Itē ihēreme vicesimo tao. Peruertistis verba dei viuētis dñi exercituū dei vestri. veritas hebrayca sic habet. Peruertistis verba heloym viuētis dñi exercituū dei vestri. Et notādū q̄ hic ponitur nomē dñi tetragramaton cū dicit in autoritate premissa dñi exercituū vbi habem⁹ dñi. in hebreo ponitur nomē dñi tetragramaton qđ signific at diuinam naturam secundū suas ꝓpietates intrinsecas absq; respectu ad extra. vt patebit magis infra. Et sic patet q̄ in intrinseca deitatē ē aliq̄ plūralitas p plūralitatē immediate precedentē cum dicitur in autoritate Peruertistis verba heloym haym id est deorū viuentium: et coniūgitur ista pluralitas nomini dei tetragramaton cū immediate subdit dñi exercituū q̄

Et sic patet p hoc q̄ in vnitate di
uine essentie ē aliqua pluralitas.
cū sūma simplicitate qđ nō est in
aliis. ḡa semp vbi scīptura ponit
aliq̄d denotans plālitatē psonaꝝ
ibidē ostēdit essētie vnitatē. vt pa
tet p autozitates predictas et pa
tebit p sequentes Itē ysaie lxiij.
scribitur sic Dominabitur tui q̄ fe
cit te: dñs exercituū nomen eius
Hebrayca writas sic habet Dña
tozes tui factozes tui: dñs exercitu
ū nomē eius In hac aût autozita
te vbi pōitur dñs exercituū nomē
eius. ponitur nomē domini tetra
gramaton: et ideo ex hac autozita
te potest argui sicut ex precedenti
Similiter hoc nomē heloym fre
quēter contīgitur cū verbo plālis
numeri. vbi gracia. scđo ẽgū vij°
dicitur Que est gens vt populus
israel ī terra: ppt quā iuit dñs vt
redimeret sibi in populū et cetera
Hebrayca writas sic habet Quis
vt populus tuꝰ gens vna ī terra:
ppter quā iuerūt heloym ad ẽdi
mēdū sibi: Item ecclesiastes scđo
Quis est homo iquā vt possit sequ
regem factozē suū: Hebrayca wri
tas sic habet Quid est homo vt ī
tret post regē q̄ iā fecerūt eū: Pa
tet igitur ex predictis q̄ predicta
ēnsio est falsa: ḡa nomen heloym
dictū de deo vero frequēter accipi
tur in scīptura sacra in plurali: qđ
patet ex predictis autoritatibꝰ q̄
nō possunt intelligi ad hītesim nisi
de deo vero Propter qđ soluūt a
libi aliter in glosa: sup illud ecle
siastes qđ inductū est Que ps est
homo q̄ intret post regē q̄ iam fe
cerūt eū Glosa hebrayca Di que
ratur q̄ fecerūt eū scilicet homēz:
potest dici deꝰ sanctus et dñs cōsilij
sui Et similiter ēnđetur in glosa su
p psalmū xlix^m. Deus deozū dñs
locutus est ⁊c̄ In hebreo sunt tri
a noīa diuina scilicet el. heloym.
et nomē domini tetragramaton:
loco cuiꝰ hēmus hoc nomen dñs.
Querit igitur glosa quare asaph
auꝰ est hic ps ter nominat deū in
pncipio huiꝰ psalmi Ēnđet vt ostē
deret q̄ dominꝰ in tribus pprietā
tibus creauit celū Di bene cōsi de
rentur iste ēnsiones due sunt verissi
me Prima enī que dicit q̄ deꝰ et
dominꝰ cōsilij sui fecerūt hominē. ⁊
ppt hoc dicitur ecclesiastes scđo
in plāli. quis est homo qui intret
post regē q̄ iam fecerūt eū. ḡa do
minꝰ accipiē hic ppne p patre et
dominꝰ cōsilij accipitur ppzie filiꝰ
qui est verbū mentis paterne et
spūs sanctus amoz ex ipis procēdēs
Similiter secđa respōsio q̄ dicat q̄
asaph ter nominat deū. quia deꝰ
in tribꝰ ppetatibus creauit mūdū
ecīā writissima: quia tres sunt ppri
etates in diuinis scilicz patrnitas
filiacio et spiracio. q̄ sūt ppetates
cōstituentes psonas: et mūdꝰ crea
tus est in tribus ppetatibus istis
quoniam induisa sunt opera tri

nitatis Patet etiã ex hiis q̃ non
est contra intentionẽ doctorũ anti
quorũ hebreorũ q̃ aliqua pluralí
tas ponatur in diuinis: dũ tamen
seruetur vnitas diuinitatis quã
vnitatẽ catholica veracissime cõfiten
t Hãc aũt rõnoẽz vltimã q̃ vt vi
sũ est nõ est cõtra veritatẽ posteno
res iudei deprauant: dicentes q̃ il
le tres ꝓprietates in quibus deus
creauit mundũ sunt diuina sapiẽ
tia bonitas ⁊ potẽtia in quibus fa
cit omnia: ideo in principio geñ.
dicitur. In principio creauit helo
ym. in plurali ad demõstrandũ is
tas tres ꝓprietates: que sunt attri
buta in deo in q̃bus opatur Et eo
dẽ modo exponũt autoritates alias
Sed ista responsio nõ est rõnabi
lis: primo quia sicut deus opatur
p potẽtiã sapientiam et amorẽ. ita
artifex creatus opatur p artẽ suã
sic̃ p regulã directiuã. et p potẽtiã
transmittẽdi materiã. et p amorẽ
ducẽs sicut ꝓpter finẽ: si igitur ꝓp̃t
predicta sez ꝓpter potẽtiam sapien
tiã et bonitatẽ diuinã nomen diui
nũ ponitur in plurali q̃n dicit opa
ri: eadẽ rõne vel maiori debet scrip
tura sic loqui de artifice creatore
ius opationẽ exp̃mendo. q̃d nõ in
uenit̃. et in sacra scriptura talis mo
dus loquẽdi de deo semp habetur
Et confirmat̃ rõ. q̃a sapientia amor
⁊ potẽtia plus differũt in artifice
creato sez re absoluta. q̃d nõ potest
esse in deo. ergo modꝰ loquẽdi in
plurali magis ꝓpriꝰ cõpetit in expressioẽ
opationis creati artificis q̃ ipiꝰ de
Ulterius arguit sic Intentio moysi fu
it inducere populũ ad cultũ vnius
dei vt eũ ab ydolatria reuocaret ad
quã populus erat ꝓnꝰ vt patz ex
toto decursu veteris testamenti: aũ
igitur p modũ loquẽdi predictũ i
plurali posset haberi aliqua occasi
o cogitãdi aliquã absolutã pluralí
tatẽ in diuinis. nõ est verisimile q̃
moyses qui cognoscebat ꝓnitatẽ
populi ad ydolatriã vsus fuisset ta
li modo loquendi et in scriptis re
liquisset nisi p hoc subtahetur sapi
entibus indicare voluisset q̃ in vni
tate simplicis essentie stat pluráli
tas psonarũ. Alter suꝰ modꝰ scri
bendi esset contrariꝰ sue intentioni
Quibꝰdã etiã q̃ in hebreo misteria
abscõdita et solũ sapientibus no
ta ex modo scribendi inconsueto re
quirer designãtur Ista sũt que dix
i de hac rõe aũ hanc questionẽ de
terminaui: sed postea venit ad ma
nus meas q̃dã libellus hebraycꝰ
scriptus vbi ista rõ soluit̃ aliter.
et q̃tũ ad hoc dixit hic actor iste
libelli q̃ illi qui arguũt pluralita
tẽ psonax in diuinis p hoc nomen
heloym quod pluralitatem significa
at in hebreo imitãtur super bacu
lum arundineũ confractũ: quia ta
lis modꝰ loquẽdi inuenit̃ de vno
solo alibi sicut pz p̃o regũ xxviij°.
vbi sẽptuã loquẽs de suscitatioẽ sa
muel dixit illa mulier phythonissa

Vidi heloym ascẽdẽtes de terra
Et sequit̃ ex verbis saulis. Qua
lis est forma eius et cetera Jtẽ ñ
solũ loq̃tur scriptura de hoc nomiẽ
helyom ꝫ etiã de alijs. ver
bi gracia Ezechiel xlvi° dicitur sic
In die aũt kal' vitulũ imaculatũ
de armento et cetera In hebreo ñ
ponitur camĩ. qđ significat immacu
latũ: sed caminũ qđ est plurale hu
ius nois camĩ: quod cõiũgitur cũ
vitulo in singulari. et tamẽ p hoc
non habetur aliqua pluralitas: er
go et cetera. Et sic p ista loca scrip
ture arguit cõtra predicta ¶ Jtẽ ali
qñ̃do verbũ pluralis numeri cõiũ
gitur cũ noĩbus et pnoĩbus singu
laris numeri. verbi gracia Canit p
mo dicitur Trahe me post te: curre
mꝰ et cetera Et sic non valet argu
mẽtum quo ponebatur pluralitas
psonarũ ex hoc qꝺ nomina dina
cõiũguntur cũ verbis pluralꝭ nume
ri vt videt ¶ Sed p istã rñsionẽ
in nullo infringũtur ea que dicta
sũt quia scđm exposytores hebray
os samuel non surrexit solus sed
moyses cum eo. dicunt enim qꝺ
samuel nõ surrexit tũc virtute ma
gica. sed virtute diuina seu pmissi
one Qđ dictũ ꝺuenit cũ opinione
illa quã tangit augustinꝰ ĩ epistо
la ad simplicianũ Dicunt eĩ iude
i qꝺ samuel timuit ad diuinum iu
dicũ vocari: et rogauit moysen ve
nire secũ vt esset sibi testis qꝺ inte
gre seruasset legẽ ab eo scriptam.

Mulier ergo phitonissa que solũ
samuelẽ vocauerat videns alium
ipm̃ associantẽ dixit in plurali vi
di ascendẽtes deos de terra id ẽ homi
nes diuinos Et indicauit modum
siue visionis saulĩ. hoc breuiter sẽ
batur ꝓmo regũ Daul aũt non q̃
siuit nisi de figura illiꝰ q̃ ꝓmo appa
uerat. et non de associante ipm̃. et
ꝓpter hoc q̃siuit in singulari. qua
lis ẽ forma eius q̃a cũ solo samu
ele vlebat loq̃ Et sic patz qꝺ ex
dcis dcorũ hebrayeorũ doctorũ ex
ponẽtiũ passũ istũ nõ infringitur
argumẽtũ nostrũ p̃dictũ sed potiꝰ
cõfirmatur. q̃a heloym de duobus
ibi dicitur Di aũt dicat' scđz aliã
opiõez quã tãgit etiã augustiꝰ qꝺ ñ
fuit vẽ samuel q̃ apparuit: tũc dicẽ
dũ qꝺ duo apparuerũt scz demõ p
uatꝰ illi mulieri magice et samuel
in q̃dã forma representãs samue
lem. et ꝓpter hoc dixit in plurali
vidi deos ꝛc. Daul autẽ nõ q̃siuit
nisi de vno. scz samule quem voca
ri fecerat Ad secũdũ dicendũ qꝺ
caminũ qđ significat imaculatos ĩ
plurali nõ cõiũgitur cũ vitulo in sin
gulari vt arguitur et male sed cũ
gemitio pluralis numeri. nõ enĩ ha
bẽt varietatẽ casuũ sicut et nos. ꝫ
tm̃ variãt scđm numerũ singulatẽ
et plãlẽ et est sensus In die kal' vi
tulũ de armento imaculatorũ id ẽ
de numero illorũ imaculatoꝝ qui
ad hoc seruabãtur faciet sacrificiũ
ꝛc ¶ Ad aliꝰ euidẽciam notãdũ qꝺ

ex statuto legis i pncipio cuiꝰ libet mẽsis dẽt offerri vitulꝰ vnꝰ imacu latꝰ: q ideo ordinauerãt sacdotes vt i vno loco ꝓpe tẽplũ ꝑuarẽt tales vitulꝰ duodecĩ ad minꝰ q de ulr ad ꝟ ebꝛuarij semp accipiebaꝫ ulle q̃ in pncipio menſis seu kalendarũ qꝺ ide est offerebaꝫ: et de tali oblati one loq̃tur hic ezechiel i pdicto lo co: ideo ad hoc significandũ ponit caminũ in plurali· quia vnꝰ de plĩ bus sic debebat offerri dño· Et sic patz q ea que dicta sunt de noie heloym p prędcã nõ infrũgunt: ꝓpter quod antiq doctores hebreorũ aliter nitebantur soluere predictũ argumẽtũ vt patuit ex pdcis ¶ Ad terciũ dicẽdũ q liber cãticoꝝ a doc toribꝰ hebreoꝝ exponit de deo q ſyna goga ſit a doctoribꝰ catholicꝭ de xpõ et ecclesia vt dicetur infra· igitur secundum eos ulla predicta auto ritas trahe me pōt ad ꝟba ſynago ge q̃ dicit ſponſa dei: et non dicit vna ꝑſona singularis ſed plurale collectio fidelĩũ ideo ad hoc denotãdũ subditur curremus in plurali· et ideo ponit hic ad denotãdũ plura litatẽ ꝑſonarũ. et ꝓpter hoc non infrũgitur argumẽtũ de hoc nomi ne heloym et aliꝭ nominibꝰ diui nis· q de nomine domini tetragma ton· q̃ cõiũgũtur cũ ꝟbis pluralis numeri ad denotãdũ aliq̃m pluã litatẽ p modũ pdictũ. ꝟ p hoc argu mẽtũ predictũ cõfirmat· Aliqua autẽ alia inducit actor pdcũ libelli ad ſuũ ꝓpoſitũ q̃ omitto ad pñs tũ qz predcis ſolutis patent tũ qz libꝫ ullũ itẽdo i pbaẽ p onia diſcue rẽdo qz ibi multa colligũt otra fidẽ xpi· Ite nõ arguit plãlitas ꝑſona ꝫ i dimis ſolũ ex ꝟ noie heloym· vt ipẽ ſuppoit dicẽs q catholici imitã tur baculo arũdineo cõfracto· ſed eãdẽ plãlitatẽ clarius exꝑmũt ꝓpbe i multis locis vbi gra In pſalmo xliij°· q ñ pt exponi ad lrãz nẽ de xpõ vt ego diffuſius declaui ſz eplam ad hebreos pͦ ca° q ibidẽ hic dẽ de xpõ Sedes tua deus in seculũ ſcli vga di rectionis vga regni tui· dilexiſti iuſ ticiã et odiſti iniq̃tatẽ: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus In hac autoritate ex ꝑmit xpũs tãq̃ deus vnctꝰ: q a i na tũtate vnctꝰ ẽ pleitudie gr̃e Exꝑmi t ecĩã hic deus vngẽs tãq̃ ꝑſona diſ tincta ab ipõ vncto: q̃a ſeptuã de ip ſo vngẽdo loq̃t tãq̃ de alia ꝑſona Notãdũ ecĩã q ex pte dei vngẽtis duplicat ꝟ nomẽ deũ dicẽs· vnxit te deus deus tuus ad denotãdũ ꝑſonã pa tris q ſpũs ſcĩ· Et sic pz ex hac au toritate plitas ꝑſonarũ et dimitas ipi xpi· ꝓpt qꝺ ad ꝓpoſitũ idẽ ꝓ bãdũ iducit eã aplũs i eplã ad he breos ꝑmo ca° Ite psal° c°· ix dici tur sic Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis Et qz iſta ſẽ ꝟba ꝓphe ad filiũ vt patet ꝑ translationẽ; tal dayeam que sic habet· Dixit dñs verbo suo Patz ecĩã ex ullo qꝺ ſeq tur in eodẽ psal° c°· nono ex vtero añ lucaferũ genui te· qꝺ non potuit

cõpetere alium nisi filio dei p ꝟ qs
dicatur sic verbũ dei. et ex vtero
id est dei substãtia. ostenditur vni
tas essẽtie. ꝗa diuinitas pluralitari
non potest ¶ Per hoc etiã ꝙ dicit
gemtus de substãtia dei. ostẽditur
distinctio psone. ꝗa nulla res gig
nit seipãm ¶ Similiter p ꝟ ꝙ dici
tur sedere ad dexterã dei: vna enĩ p
sona nõ pt sedẽ ad dexterã suiipi? Et
sic ex hac autoritate patz plãitas
psonarũ in diuinis: ꝙ maxime ꝗa
hic ps nõ potest exponi ad litterã
nisi de xpõ sicut ꝑus declaraui in
epistola ad hebr̃ primo capitulo.
Ideo qs saluator allegat eã in ꝟ
sensu mathei xiij° et apostol? hebr
primo capitulo ¶ Itẽ nõ solũ plura
litas psonarũ exꝑmitur in scriptu
tis veteris testamenti ꝫ etiam de
terminata pluralitas videlicet trĩ
tas: verbi gracia ysaie xlviij° ¶ Nõ
a principio in abscondito locutus sũ:
ex tpe antequ fierent ibi etiam Et
nunc dns deus meus misit me et
spũs eius ¶ Ista sũt verba dei ime
diate loquẽtis quod patz ex textu
immediate p̃cedenti: similit ex hoc
qõ immediate subditur. Hoc dicit
redemptor tuus sanct? israel ¶ In hac
igitur autoritate ysaie p̃missa loq
tur deus de datione legis que da
ta fuit in manifesto: ꝗa dedit eam
audiente toto populo voce domini
loquẽtis vt habetur exo. xix° et
xx° capitulo. ꝙ hoc est qd dicit Nõ
a principio locutus sum in absco
dito. A principio id ẽ quando lex
primo fuit data: et immediate subdit
et nũc dns misit me et spus eius.
vbi deus dicit se missũ a deo et spũ
eius ¶ Nunc aũt ita est ꝙ int mit
tentẽ et missũ semp debet eẽ distic
tio psonalis. ergo trinitas psona
rũ est in diuinis scilicet dei missi.
dei mittẽtis. et spus eius. Deũ au
tẽ missũ dicim? filiũ incarnatũ. deũ
mittentẽ patrẽ. et spiritũ eius sci
licet spm̃ sanctũ: et sic patet trini
tas psonarũ ¶ Ad euacẽdũ autẽ
istud dictũ. rabbi salomon adinue
nit vnũ mendaciũ sup locũ istum
dicens. ꝙ oms pphe fuerunt in mõ
te synai cũ moyse et ibi acceperũt
pphias suas sicut eciã moyses le
gem. ꝫ postea pphias ullas publi
cauerũt et nũciauerunt populo
tpe a deo determinato: et ideo dicit
ꝙ verba premissa sunt verba ysa
ie ab ullo loco ex tpe añꝙ fierent
ibi etiam id est tpe dationis legis
de q̃ fit sermo ibi. fui in mõte synai
Et qs subdit et nũc misit me do
min? qđ refertur ad tempus q̃ ysa
ias miss? ẽ ad annũciãdũ populo
illa q̃ prius acceperat in monte sy
nai a domino ¶ Ex istis dictũ patz
falsũ multiplicat ¶ Primo quia im
mediate p̃mittit vbũ dei loquen
tis de datione legis cũ dicit. Nõ
a principio in abscondito locut?sũ:
ꝙ immediate subditur ex tempore
añꝙ fierent ꝙ cetera. ꝙ sic ex modo
loquẽdi patz ꝙ est verbũ eius dẽ

et sic pàtz illud scõz nõ esse verbũ ysaie sed ipi⁹ dei siaut et pmũ Qz aũt pmũ sit verbũ dei loquentis de datione legis patz p litterã pce dẽtẽ: qa premittit. Ego pm⁹ et ego nouissim⁹ man⁹ mea fũdauit terrã qõ nõ potest dici de ysaia Itẽ glosa hebrayca que reputatur apõ eos autẽtica sẽ ullũ locũ expx Ego dñs de⁹ tu⁹ ꝛc dicit sic Di dicas i secreto fuit pmo scz legis: et nõne iã dictũ ẽ ysaie xlviij° Nõ a pncipio in abscõdito locutus sũ et cetera. Et sic patet per illam glosam q illud verbum ysaie dicitur in persona dei loquentis de datione legis Item super illud exodi decimonono. Venerunt in solitudinem syuai et cetera. dicit glosa apud hebreos autentica Data est lex in publico: vt omnis qui vult eam recipere recipiat. Et sequitur. Et ecce deus sanctus et benedictus dicit. ysaie quadragesimooctauo. Nõ a pncipio in abscõdito locut⁹ sũ ꝛc. Et idẽ hẽ sẽ ullõ expx Ego sũ dñs de⁹ tu⁹ ꝛc Et sic pz ñ solũ ex textu prędẽti et subsequẽti q eciã ex glos hebrayca apud iudeos autẽticas q autoritas pallegata ysaie Nõ a pncipio ꝛc. ñ ẽ intelligenda de ipõ ysaia loquẽte in ꝑsona. q magis loq̃tur i pso na xpi q pmo dedit legẽ i mõte synai. q postea missus ẽ i mũdũ a deo prẽ et spũ ei⁹ ad ẽmptionẽ gnis hũãi scõm q exprimitur manifeste

i autoritate predcã. et i fine ubi⁹ autoritatis poit. Hec dicit dñs ẽmptor tuus saũs israel Item q dicit ysaiam fuisse in monte synai ẽ valde absurdum quia ysaias non erat adhuc nat⁹: ymo fuit post re per vi^c octogita sex annos: qui a ab egressu de egipto vsq; ad qz tum annũ regni salomonis in quo fũdatum est templum fluxerunt anni cca. octoginta vt dicatur tercio regum sexto et tunc vsq; ad primum annum ozie regis iuda sub quo cepit ysaias prophetare fluxerunt anni ducenti sex. vt patet haberi de facili computando tẽpora regum intermediorum respiciendo tertiũ et quartũ libũ regũ Di aũt dicatur q ysaias postq̃ cepit ꝓphetaũ in mõte synai mortuus ẽ q postea tẽpore ozie resuscitat⁹ illud videt oio ficticiũ: qz scriptura nullo mõ hoc innuit ẽ magis oppositũ: et maxime qz oportẽt hoc idẽ esse de oĩbus ꝓphẽtis vt patet ex pdictis. Di aũt dicatur q anima ysaie creata fuit ante corp⁹ et sic fuit i mõte synai in aia et nõ i corpore: postea ulla aia circa tẽp⁹ ozie iũcta est corpori p viã nature generato et organizato hoc dictũ est cõtra scripturam genes i°. Froma uit de⁹ hominem de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculũ vite. Ex quo patet manifeste q organizatio corporis humani precedit oĩgẽ creatiõẽz q infusiõẽz aiẽ

Ite zach. xiij° dicitur Et dixit dominꝰ extendēs cælū et fundans terrā. q fingens spīm hominis i eo Ex quo patz q anima hois creatur i corpe ipō iam organizato. vnde q glosa hebrayca sup locū istū dicit sic Creator creat aiam cū pfectioē figure corpis humani Ite argu itur ꝺcta vtrāqz rēspōsionē sic. qa si ysaias pphā fuit i monte syna i tpe legis date. eaam siue in anima tātū siue in anima et corpe. q ibi acepit pphetiā quā postea denūciauit et similiter alij pphe. sequitur q scriptura veteris testamenti p magna pte sit falsa. que frequētissime dicit pphas acepisse spīm pphetandi de nouo: sicut patet de helyzeo. iij°. regū j°. et de ezechiele. ezechꝫ pmo et de multis aliis Dimittatur q revelationes sē facte ipis pphetis de ulis q ignorabant sicut patz de helyzeo iij°. ē gū iij°. vbi dicitur de ulla mulierē sunamite Anima eius in amaritudine est. et dns celauit a me Et de daniele daī pmo capitulo quomodo ds dns dedit ei intelligētiam visionū. et secꝺo capitulo qualiter ei revelatū ē somnium nabugodonosoꝛ et eiꝰ interpretatio. Et nono capitulo q modo introducitur gabziel angelꝰ revelās danielꝰ misteriū ebdomadaz Et i plibꝰ aliis locis eiꝰdē libri simile introducit et similiter in aliis libris veteris testamēti vt patet inuenit ꝓpter qꝰ exēpla omitto ꝓpt pluritatē vitandā Dicit āt omnia et similia essent simpliciter falsa. si pphete acepissent pphetias suas in monte synai: quia ex tunc fuissent de oībus illuminati. siue fuissent ibi tantū in anima siue fuissent ibi in corpe et anima Et sic patz q dictū rabbi salomonis non solū est ꝺcta pphetiā totā que dicit animā non pceꝺere corpus. sed eciā ꝺcta totā scriptuā veteris testamenti vt patz ex predictis Et sic ex predicta autoritate ysaie patz ēmitas psonarū in dīis

Ad istē eciā facit qꝰ habetur ecclesiastes q̄to Funiculus triplex difficile rūpitur. glose hebrayce sensus videtur eē misteriū trium dei et vnius nō de facili discutitur. ꝫ hāc glosam ātiquā iudei moderni pūnt. ceteroquētes hanc trinitatē ad tria attributa diuina que sunt sapia potētia et bonitas Ꝺz hoc ē supius ipzobatū. Patz igitur pīmū ꝓncipale qualiter pluralitas psonarū in dīis possit pbari per scripturas a iudeis receptas

Secūdū pzīcipale pbandū est scz incarnatio diuine psone: ita q messyas ꝓmissus in lege et pphetis sit verꝰ deꝰ et homo verꝰ Ad hoc aūt pbādū adducꝺ autoritatē ihēmie. xxxiij°. capitulo. Ecce dies veniūt dicit dominꝰ et suscitabo dauid germen iustum. Et p hoc apparet xpī humanitas. q̄a secūdū omnes expositoꝛes hebꝛeos hec

autoritas intelligitur de xpō eō lr̄ā Et seq̄tur in eadē serie textus et de eadē psona q hoc ē nomē qđ habūt cū dñs iustus noster. In hoc exp̄nit ipi⁹ xpi vta dīitate: quia vbi habemus dñs iust⁹ nē. in hebreo habetur nomē dei tetragramaton. quod q̄dē nomē ē xp̄ijsimū dei: et xpter hoc de nullo dicit̄ nisi de deo vero Sed ad hoc respōdent aliqui dicentes q nomē dñi tetragramaton nō dicitur de deo tā tūmodo sed eciā de alijs: verbi grā e zechi vltimo de illa ciuitate que ibi describitur dicitur Et nomē ciuitatis dñs Vbi habem⁹ dñe i hebreo habetur. nomen dni tetragramaton: et sic illud nomē dicitur de ciuitate illa. nō tamē est idē qđ de⁹. ergo ad̄ Itē gen̄. vicesimo octauo capitulo dicit̄ vocauit abrahā nomē loci illi⁹ dñs videt. vbi habem⁹ dñs in hebreo habetur nomē dñi tetragramaton et sic locus iste vocatur illo noīe vt videtur Itē iudicū sexto Edificauit ergo gedeon altare dño: vocauitq; illud dñi pax. hebreus habet dñs pax: et ibi est nomē dñi tetragramaton vt videtur Itē exodi. xxv. Edificauit moyses altare dño: et vocauit nomē eius dñs exaltatio. m. Vbi habem⁹ dñs in hebreo habetur nomen dñi tetragramaton: et sic ite quod p̄mū Dz predicta responsio nulla est: quia nullū predictorū noīatur noīe dei xp̄io qđ est nomē tetragramatō. sed noīatur qđlibet predictorū a qđ dā effectu dei q̄a solus deus nominatur illo nomine: et hoc non est inconueniens. sicut aliquis homo bene vocatur a deo datus vel dedit vel aliquid huiusmōi. non tamē vocatur deus absolute quia sic esset impiū Et hoc patet discurrendo p omnia predicta. quia ezechiel vltimo nō dicitur. nomen ciuitatis dñs sed nomen ciuitatis dñs ibidem. id est nominari debet a diuina inhabitatione Et hoc patet p tralationē caldayeam. que sic habet. Nomen ciuitatis a die qua faciet dom⁹ descendere ibidē diuinitatē suā exponet Similiter gen̄. xxiij°. capitulo nō dicit̄ vocauit abrahā nomē loci illi⁹ dñs absolute. q dñs videt q̄a ille locus est denoīatus a diuina visione. q̄a vidit ibi humilitatē et afflictionē p̄ncie sui. eū a mortē et aretē loco eius ponens Vel aliter. q̄a abrahā vidit ibi i spū templū deo edificādū p salomonē. in q̄ deus visus erat p̄ces ppli et oblationes Et hoc pz p caldayā vbi dī Et adorauit ibi abrahā et ait ibi coram dño Q erūt colentes gnationes Dile exo. xxiij°. ca° moyses ñ vocauit illud altare noīe dni tetragrāmatō absolute. sed vocauit illud dñs exaltatio mea a a qđā effectu domini. q̄a dñs liberauit ibi populum de manu amalech ad p̄ces eius sancte moysi vt pz ibidē Similit iudicū sexto gedeon non vocauit illud altare noīe

domini tetragramaton absolute ꝺ
a quodā effectu dei: et ideo vocauit
illud dñi par vel domin⁹ par. qa
dñs ꝓmiserat sibi pacē ab inimicis
psequētib⁹ eū et de facto cōpleuit
et hoc patz p trāslationē caldaycā
que talis est. Edificauit gedeon i
bi altare dño. ꝛ seruiuit sup illud
dño qui fecit ei pacē Patz igitur
ex dictis q nomē domini tetra gra
maton non dicitur de aliquo nisi
de ipso deo vero Hoc ecia expresse
dicat rabbi moyses in libro dict
tionis pplexorū: dicens q omnia
nomina dina dinata sūt ab opib⁹
diuinis preter nomen dñi tetragra
maton quod est appropriatū altissi
mo creatori Et scōz ipm significat
dinam essētiam cū ꝓpietatib⁹ suis
intrinsecis: cetera aūt nomina dina
imposita sunt ab opationib⁹ diui
nis sicut patz de hoc nomine helo
ym et adonay que inter cetera vitē
tur magis ꝓpria: qa tamē hoc no
men hel vel heloy ipmitur ad sig
nificandū deū in genere ab puidētia
tamē hoc cōicatur aliis: vnde iudi
ces et sapientes dina sapia predi
ti aliquādo nominātur heloym in
sacra scriptura scōz qd dicit ī psal°
lxxxi°. Ego dixi dij estis Jn hebrē
o ponit heloym. Et ofilia habentē
in pluribus locis Et similit de hoc
nomine adonay qd ipmitur ab v
niuersali pfectia: et ideo dicitur ī
scriptura de potētibus et regib⁹ Nō
sic aūt est de noīe dñi tetragrama
ton: qd significat dinam essentiā
nudā et puā absq; ēspectu ad ex
tra vt dicat doctor predictus: et ide
o nō est cōicabile alteri Et ideo cū
ipse xp̄us nominetur hoc noīe vt
habetur p autoritatē preallegatā
ieremie. xxxiij°: patz q ipē xp̄us
est verus deus Propt qd alij alī
ter soluūt autoritatē predictā cor
rūpentes vēā littrā: dicentes q
sicē in hebreo ihēmie. xxiij° Et hoc
nomen est eius q̄ vocabit eū. dñs
iust⁹ noster ita q nomē domini te
tragramaton. loco cui⁹ ponitur in
trāslatioē nīa domin⁹ vt dictū est.
nō referetur ad messyā filiū dauid
sed ad ipm verum deum qui voca
bit ipm ad liberationē pp̄li israel.
Sed contra hoc non potest argui
nisi ostēdēdo q corrūpūt lām vt
negēt xp̄i diuinitatē: hoc autem
optime posset fieri ex antiquis bi
blijs q̄ non essēt corrupte ī passu
isto et in alijs in quibus fit mētio
de xp̄i diuinitate si possēt habere. ꝛ
hoc modo illi q̄ pcesserūt nos con
tra eos in isto passu et cōsimilib⁹
arguebāt. Licet aūt ego non vide
rim aliquā bibliam hebraycā q̄ nō
sit corrupta in isto passu: tamē au
dini a fide dignis ratione scientie et
vite affirmātibus iuramēto q sic
videāt in antiqs biblijs sicut ha
bet trāslatio ieronimi sup⁹ induc
ta Si autē non pūt haberi antiq
biblie non corrupte: recurrēdū ē
ad alias trāslationes quas iudei

rōnabiliter nō possūt negare. et
p hoc potērūt prēdā falsitas depre
hendi Et ꝓmo deprehēditur p trās
lationē lxx. inēpretū. que sic habz
sicut trāslatio ieronimi vt patet
p officiū ecclesiasticū quod de illa
trāslatione est assūptū. in quo q̄d
officio sic ponitur ista autoritas.
In diebus illis saluabitur iuda ⁊
isrāel habitabit cōfidēter. et hoc ē
nomē qđ vocabūt eū dns iust⁹ nr̄
Ex quo patz ꝙ uomē dñi tetragra
maton refertur ad ipm̄ ꝑpm̄ Dz
quereret aliquis ⁊ bn̄ quō lxx. in
terpretes sic trāstulerūt quia q̄m
potērāt opiebant in sua trāslatiōe
diuinitatē ꝑpi ne rex ptholome⁹ cre
deret eos adzdē duplicē deitatē se
cūdū ꝙ dicit ieronim⁹ in ꝓlogo
sup pentatheucū et in plurib⁹ alijs
locis Dicēdū ad hoc ꝙ lxx. suffi
cienter opuerūt diuinitatē ꝑpi. q̄
a trāslatōres de hebrayco ī grecū n̄
potuerūt ponere nomē dñi tetragra
maton. ꝫ loco ei⁹ posuerūt nomē
cōe kyrios qđ ī greco sonat idē qđ
dns apud nos. Et ꝫ nomē ꝑt dici
differēt sū de deo siue de quolibet
magno principe seu magnate. et e
odē mō ieronim⁹ trāstulerūt de he
brayco in latinū q̄a nō habuit no
mē ꝓpium correspondens noi dñi
tetragrāmaton loco ei⁹ posuit hō no
mē cōe dns. qđ indifferenter dicit
de deo ⁊ ql̄ibet hoie magno Propter quod autoritas prēdā ieremie
xxxiij°, nō est efficax ad ꝓbādū dī
nitatē ꝑpi sēm translatiōē ieronimi
sed solū ex hebrayca veritate sēm
quē modū ego ꝓcessi Secūdo patz
falsitas iudeorū in loco prēdō pre
trāslationē caldayca q̄ est autētica
apud eos vt dictū est supra ibi dē
Ecce dies veniūt dicit dns et suscita
bo dauid messya iustū vbi habe
m⁹ germē iustū Ex quo pz ꝙ hec
autoritas itelligit de ꝑmo ad lām Se
q̄tur in translatione caldayca. et ꝫ
est nomē qđ ipi appellabūt eū do
min⁹ iust⁹ noster Et ieremie xxxiij°.
trāslatio caldayca habz. et hoc est
nomē qđ ipi dicent ei dns iustus
noster Et ibidē ponitur nomē dñi
tetragramaton vbi positū est hoc
nomē dns. ex quo pz ꝙ in hebra
yca veritate n̄ ē vocabit ꝫ vocabūt
Et sic patz ꝙ nomē dñi tetragra
ton. referē ad messiā. quo noie di
cit ieremias ipm̄ appellandū vel
nominādū vere a sibi subditis Et
ideo alii aliē soluūt dicētes ꝙ ꝙ hoc
nomē n̄ hēt ꝙ messyas sit de⁹. q̄a
n̄ dē ꝙ dēat eē de⁹ ꝫ ꝙ vocabit Dz
ista rnsio n̄ valz. q̄a si vocatio ⁊ no
minatio vera ē seq̄tur ꝙ iste sit de⁹
re fiant et noie. sic aūt ē impositū
q̄ ibidē ꝑmittit de ipō sic noiato
Ecce dies veniūt dicit dns ⁊ suscita
bo dauid germen iustū. et regna
bit rex et sapiens erit et faciet iu
dicīū et iustitiā in terra. Hoc aūt
esset falsum si nomen deitatis ꝑ
priū sibi vsurparz ⁊ illo noie se vo
cari ꝑmitteret n̄i veritate de⁹ esset

Item hoc iudei expectent messyã
puru hominẽ futuru. tamen expec
tãt eũ sicut pphetã sanctissimũ et
sanctioẽ moyse Hoc aũt eẽt im
possibile si pmitteẽt se vcari noĩe
domini tetragrãmaton nisi sic eẽt
scõm veritatẽ. pmo incurreret pcm̃
blasphemie Et sic pz q illa obiecti
o nulla ẽ Item ad pbãdũ ppz eẽ deũ
et hominẽ verũ adducit autoritas
ysaie nono vbi dicitur sic de xpõ
Parvulus natus est nobis et filiu
us datus est nobis et factus ẽ pn
capatus sup humerũ eius. et voca
bitur nomẽ eius admirabilis cõsi
liarius deus fortis pater futuri se
culi pnceps pacis Per hoc q dici
tur puulus natus nc oñditur ipi9
xpi vera humanitas. p hoc aũt q
subditur. et vocabitur nomẽ ei9 ad
mirabilis nc apparet eius deitas
Sed ad hoc respondẽt dicẽtes q
in hebreo nõ habetur vocabitur ꝫ
magis vocabit. et sic illud qõ ime
diate sequitur quod deitatẽ exprmit
non referẽ ad puulũ natũ ꝫ ad de
ũ verũ qui vocabit eũ. et nomẽ pu
en ponit in fine autoritatis cũ di
citur pnceps pacis. ita q scõm e
os non est ibi pnceps in noiatio
casu sed magis in accusatio pncipẽ
pacis. qõ de facili pũt dicere quia
noia apud eos sunt indeclinabili
a. et ideo eodẽ modo scribitur noia
tiu9 et accusatiu9 Est igitur sensus
autoritatis scõm eos talis. Par
vulus natus est nc et vocabit ille
qui ẽ ammirabilis cõsiliarius de9
fortis pater futuri seculi nomẽ e
ius id est nomẽ puuli nati. pnci
pẽ pacis. Et ideo dicunt q autori
tas ista intelligẽda est de ezechia re
ge iuda sub q̃ deus dedit pacẽ popu
lo interfecto exercitu senacherib regis
assyriorũ ab angelo dimitus misso
vt haberur quarto regũ. xviij° Vt
si dicatur q de cristo debeat intelli
gi p hꝝ nomẽ nõ pbatur dimitas
Sed quia sic respõdẽtes corrũ
pũt textũ ẽurrẽdũ ẽ ad alias trãs
lationes fiat in prima auctoritate
fuit dictũ. Et primo patz hoc falsũ
p trãslationẽ. septuaginta interpre
tũ q̃ habet vocabitur sicut et trãsla
tio ieronimi In h° tamẽ differt
a trãslatione ieronimi q̃a noia ex
pmentia dimitatẽ xpi operuerunt
in sua trãslatione cõne predicta i
precedẽti autoritate. et ideo sic trãs
tulerũt Puer natus est nobis e
filius datus est nobis cui9 imperiũ
sup humerũ eius. et vocabitur no
mẽ eius magni consilij angelus Ide
o isto modo in officio misse cantat
in natiuitate domini. q̃a officiũ eccle
siasticũ in hijs que de veteri testa
mẽto accipiũt sequitur translatioẽz.
lxx. interpretũ saltẽ vt in plib9 Per
hanc trãslationẽ patz q in hebre
o nõ est vocabit ꝫ vocabitur. vt isti
dicunt corrũpentes textum. et p cõse
quẽs q ista nomina admirabilis
cõsiliari9 deus fortis pater futuri
scli pnceps pacis q̃ sũt expmentia

deitatē ẽfectū tur ād puerū natū si
aut et cetera q̄ istis noib⁹ cōrñdēt
in trāslatione septuaginta int̄pte
tū. nomē eius magni cōsilij angel⁹
qđ idē significat īplicite et occulte
qđ ista noīa deitatē xpi expmētia
significant explicite et manifeste.
q̄a maximū secretū et dīnū cōsiliū
fuit incarnatiois dīne mīsterīū. ā
teq̄ in effectu īpleret̄ Patz etā
p hāc trāslationē q̄ hec autoritas
nō potest itelligi de ezechia rege iu
da: q̄a ista noīa dīnitatē expīma
scz admirabilis cōsiliarij dei fortis
qē nō possūt ei cōuenire. et p cōse
quēs i fine autoritatis nō hēt i he
brayco pncipē pacis i accusatiō vt
ipi dicūt cōtrū pēdo sniam q̄ magis
pnceps pacis in noīatio fiat dcm
est In autoritate pmittit̄ vocabi
tur et nō vocabit. et p cōsequēs si i
fine autoritatis poneret̄ pncipē pa
cis in accusatio casu esset male dic
tū vt de se patz Itē q̄ dicūt istā pa
cē debere itelligi de pace quā habu
it popul⁹ israel sub ezechia īterfec
to exercitu sēnacherib. patz falsū
p sequētē textū. q̄a imediate subdi
tur i autoritate ysaie predcā Mul
tiplicabitur ei⁹ īpiū et pacis eius
nō erit finis. quia ista pax que fu
it sub ezechia fuit satis breuis. vt
patet inspicienti textū quarti libri
regum In predicta autem cōspon
sione iudeorū patet fallatia p trāſ
latiōē caldayeam que sic habet
Infans datus est nobis et filius
datus ē nobis et recipiet sup se le
gē ad seruādū eā et vocabitur no
men eius de ante admirabilis cōsi
liarius deus fortis pmanēs i secu
la seculorum messyas in cuius die
bus pax multiplicabitur. Per hoc
autē q̄ dicitur hic messyas patz q̄
hec autoritas nō est intelligēda de
ezechia q̄ de xpō: p hoc aūt q̄ dici
t̄ q̄ vocabit̄ nomē ei⁹ de ante ām
rabilis cōsiliarij⁹ deus fortis patet
q̄ noīa dīnitatis expressiua ẽfectū
ē ad xpm ita q̄ ipē ē verus deus
Quod autem int̄ponitur hec deter
minatio de ante q̄ non ē in hebreo
hoc est ad denotādū q̄ nomē xpi
prius vētū est a deo q̄ eā ab an
gelo priusq̄ tēporaliter nasceret̄
p̄m q̄ hēt lucē 2°ca° et ma. p°ca° Qz
āt i hac caldayca trāslatione dē et
recipiet sup se legē ad seruādū eā
loco cui⁹i hebreo et in translatiōe
ieronimi habet̄ q̄ factus est pnca
patus sup humerū eius. hoc ē ad
denotādū q̄ ipē erat legem imple
turus et seruaturus. scōm q̄ ipse
met dixit expresse mathei quinto
Nō vēni legem soluere sed ad im
plere Item notandū q̄ in pre
dcā autoritate ysaie vbi de xpō dē
multiplicabitur eius imperiū In he
brayca lemarbe qđ sonat in latīo
ad multiplicandū. scribit̄ hec dcō
hebrayca sic. q̄ littera men clau
sa ponitur in medio dictionis qđ
est contra naturam huius littere
et modum scribendi hebrayam

q̄a nūq̄ poſt̄ niſi in fine dictionis
ſc̄ōm q̄ tangit ihēronim⁹ in ꝓlo
go galeato vbi dicit q̄ ap̄ō hebre
os ſunt quīq; lr̄ē dupl̄ices: quia p
eas aliter ſcribunt fines dc̄ōmis ꝙ
abt̄ p̄ncipia ipā quarum vna eſt
men ꝯpta que ſemp ponit̄ i me
dio dictionis et in p̄ncipio Hic āt
vt dcm̄ eſt pon̄t̄ men clauſa i me
dio dc̄ōnis contra naturā lr̄ē et mo
dū ſcribendi. ad denotandū q̄ xp̄s
de quo ꝓpha loquit̄ eſſet naſcitu
rus de virgine clauſa et ꝯtra mo
dum nature. et q̄ miſteriū incarna
tionis eſſet clauſum ꝙ ſecretū Di
cit enī poeta p figuras gramatica
les ſignificant aliq̄ ſubtiliter itel
ligentibus: ſic ꝓphe p talē modū
ſcribendi inſolitū miſteria occulta
aliquādo deſignabāt. Et hoc mo
do moyſes ſignificabat pluralitatē p
ſonarū in vnitate dine eſſentie: a
iūgendo hoc nomē heloym cū ver
bo ſingulari numen vt ſupra dcm̄
eſt Ille p̄batur tercio incarnati
o diuine p̄ſone p autoritatem mi
chee quīto Et tu bethleem effrata
paulus es in mibibus iuda ex te
michi egredier̄ qui ſit dominator
in iſrael et egreſſus eius ſicut ab i
cio a dieb⁹ eternitatis Hec autem
hec autoritas intelligenda ſit de
xp̄o ad lītam patz p tranſlationē
caldayc̄ā que ſic habet ex te michi
egredietur meſſyas vbi tranſlatio
ihēronimi ſic habet ex te michi e
gredier̄ qui ſit dnātor. Per hūc
aūt exitū de bethleē manifeſte on̄
ditur xp̄i humanitas que ſc̄dz car
nē natus eſt de ſemine dauid qui
fuit de bethleē vt habetur p̄mo re
gū xvi°. et ibidem natus fuit xp̄s
Propt̄ qđ ſcribe iudeorū et pontifi
cū interrogati ab herode de loco nati
uitatis xp̄i. rn̄derūt q̄ naſcer̄ē i beth
leem. et cōfirmauerūt dictū ſuū p
hanc autoritatē michee hic p̄allegatā vt patz mathei ſc̄do capitulo
Per exitū eius a diebus eternita
tis exp̄mitur natiuitas eius eterna: q̄
a ſemp naſcitur a p̄re et ſemp na
tus eſt Sed ad hoc reſpondēt ali
qui q̄ p hoc intelligitur xp̄i eter
nitas ſeūdū deitatē ꝫ preuiſio et pre
deſtinatio ſue natiuitatis que eſt i
humana natura tantū Sed hoc ſi
valet quia eternitas talis preuiſionis
nōbus eſt oīs: q̄a oīa q̄ tūc̄q; mi
nima fūt preuiſa a deo eternaliter et
predeſtinata Et ideo ſi hoc modo in
telligeret̄ pred̄ca autoritas per ip
ſam nō exp̄meretur aliqua ſpecia
lis ſublimitas in xp̄o reſpectu alio
rū q̄ tūc̄q; minorū Propha aūt
intendit p ipā exp̄mere preeminē
tiā et excellentiā xp̄i vt patz intu
enti Propt̄ qđ dicunt alii iudei q̄
ſeptē res fuerūt create a deo ante
mūdū ſcilicet lex penitentia gehen
na domus ſanctuarii thron⁹ glorie
et ortus voluptatis et nomē meſſye: et ideo ſic exponūt illud geñ iij°
Plātauerat antē dominus deus ortum voluptatis a principio id eſt

ante mūdum per duo miha anno
rum. Et hoc modo exponunt illud
michee quinto capitulo et egressꝰ
eius ab initio et cetera. qa nomen
messye fuit creatum ante mūdum
predicto modo. Sed hoc dictum
est adeo irrationabile qꝫ non in
diget reprobatione. lex enī p se nō
potuit creari ꝫ in aliquo intellectu
hoc aūt nō potuit eē in itellectu di
no. in q nō potest abqd creari nec
eaā in aliquo ītellectu ante mūdū
qa angelus vel hō nō ponūt inter
creata scōm ipōs ante mundū Si
militer penitētia que nō est nisi de
facto preterito: qō qs fecisꝫ āte mū
dū et p cōsequēs ante peccatū. hoc
aūt dicere est absurdū. Et eadem
posꝫ argui de istis et de cōsequēti
bus alijs. ꝫ dimitto qa ista dicta
apparent frivola et absurda ¶ Ite
incarnatio dei pbatur in autorita
te cant. xcio vbi dicit. Egredimi
ni filie syon et videte regē salomo
nē in diademate quo coronauit e
ū mater sua Scōm oēs doctores
hebreorū vbiūq; in libro cantico
rū ponitur nomē salomonis sub il
lo nomine intelligendus est ipse
